



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

XVI.

HEISTERBACI in *Montibus* triumphalis lux
 Beati SIFFRIDI, vaticinijs eximij egregiæ
 pietatis, magnæ virtutis, & probati exempli
 Religiosi. Totus erat in humilitatis charitatisque
 officijs, sociorum obseruantissimus, adeò in
 omni virtute perfectus, ut quam singulatim
 inspiceres, eam eminentissimam judicares. In-
 de ita rapiebat ad se omnium animos, ut aptè
 in eum sacrum illud caderet elogium: *Dile-
 ctus Deo & hominibus, cuius memoria in be-
 nedictione est. Ex tabu Haister. & Appar. Ge-
 len.*

XVII.

SIGENBERGÆ S. BENIGNI Presbyteri & Martyris,
 qui innumera gentilium turbâ ad Christum
 adducta, nervis sub Aureliano Imp. & Terentio
 præfecto dirissimè cæsus, ad trochleas extendi ju-
 betur, & Corpus lanceâ perforari, quibus cruci-
 atibus nobile Martyrium consumavit, *reliquias
 eius S. Anno Archiepiscopus circa annum Chri-
 sti MXXIII. magnâ cleri populique totius fre-
 quentia in Ecclesia Sigebergensi deposuit. Vendi-
 cat, & Elvanga sibi Teste P. Canif. hoc fan-
 ctum*

Etum Benigni pignus quæ lis de Beato *Benigno* facile componetur, si utroque loco, vel ex æquo, vel maiori ex parte Reliquias possideri credamus. *Can. in Martyr. S. Georg. Wicelio in choro S.S.*

XVIII.

H*Eisterbaci* ex humanis abiit venerabilis **C***ÆSAREVS* de *Milendunck*, pietate, prudentiâ, doctrinâ, exemplo, submissione mirus; quâ potissimum suadente amplissimam *Prumiensem Præfecturam* abiecit, ut suos inter æquales humilis viveret. Præter mortem & æternitatem, totâ mente Deo fixus nihil in oculis habebat: laboriosæ charitatis religiosus. In *asceterijs virginû, regulari spiritu imbuendis a Deo electus*, erga pauperes erat munificus, cû Deo usque adeo familiaris, ut animam agens, toto corpore humi prostatus, manibus in crucem exporrectis, suavissima inter **I***ESV* & **M***ARIÆ* nomina, ditissimam virtutibus *animam Deo Procreatori* redderet. *Ex Heist. Necrolog.*

XXXVIII.

C*ONRADVS* de *Ravenstein*, alijs de *Rin-stein*, *Episcopus Herbipolitanus*, vir eruditione